

✓ 11 264
290

B
37
23

FACULTAS CONSER- VATORES IUDICES ASSVMENDI in quibuscumque causis.

Anno M.D.LXXXIII.

REGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuan-
rei memoriam. AEquum reputamus, & rationi cōsonum, vt ea, quæ
de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente
obitu litera Apostolica desuper concessæ non fuerint iuum tortiā-
tur effectum. Dudum siquidem felicis recor. Pio PP. V. prædecessori
nostro pro parte dilectorum filiorum Prepositi generalis, & Religiosorum So-
ciatis Iesu exposito, quod cum dicta societas benedicente Dominio, longe, la-
teque esset propagata, ac ad Dei laudem, & honorem militantisque Ecclesiæ pro-
fectum indies angeretur, & propter diuīra bona temporalia, quæ Collegia Icholo-
lariu[m] sub eorum cura instituta possidebant conseruanda, & recuperanda lites,
aliaq[ue], fore nsia frequenter subire necessario cogeretur, exindeque fieret, vt eius
personæ, quæ animarum salutis implicitæ litium anfractus, qui ab eorum instituti-
tis valde disonabant, evitare cupiebant, ab eorum ministerio, non sine animi si[us]
dolore, cum animarum huiusmodi d[omi]n[u]i distendio distraherentur, & eidem prædecesso-
ri, pro parte eorumdem Præpositi generalis, & religiosorum afferentium, eo-
rum bona à quorumcunque locorum ordinariorum iurisdictione libera, & exē-
pta, ac sub Romani Pontificis, & sedis Apostolicae protectione alias recepta fuī-
se, humiliiter supplicato, vt eorum quieti more Pij Patris, ac alias in præmissis
opportune confūtere, de benignitate Apostolica dignaretur, idem prædecessor
qui ad gratos Deo, & vniuersæ Reipublicæ Christianæ vriles, & necessarios fru-
ctus, quos Societatis prædictæ persona in vinea Domini semper proferebant,
debitum respectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipsi ea concede-
ret per quæ ipsi, eorumque res, & bona à noxijs, iustitia ministerio præseruaren-
ture, eosdem Præpositum generalem, & Religiosos, ac eorum singulos à qui-
buscum excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis
senten-

citatorum, & inhibitorum notitiam peruenire valerent, faciendo, ne non eisdem
 occupatoribus, detentoribus, praesumptoribus, molestatotoribus, iniuriatoribus,
 contradictoribus, & rebellibus, etiā sub censuris, & poenis Ecclesiasticis, ac, etiam
 pecuniaris corum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibusuis inhibitionibus,
 eis pro tempore, etiam praetextu quarumcunque literarum Conservatoriarum,
 seu priuilegiorum Apostolicorum, quibuslibet concessorum, & concedendorum,
 pro tempore facti, non obstantibus, eorum iurisdictionem libere exercendi,
 loca ad qua eos declinare, & in quibus scienter stare permitti forent, Ecclesiastico interdicto subiiciendi, plenam, & liberam facultatem concessit. Ac mo-
 nitiones, requisitiones, inhibitiones, & citationes sic factas, perinde ipsos moni-
 tos, requisitos, inhibitos, & citatos arctarent, ac si eis personis littera facta, insinua-
 ta, & intimata forent. Ac tunc desuper conficiendis literis, & in eis contentis
 dispositionibus per quascunque derogationes, in quibusuis alijs literis Apostolicis
 gratiam, vel iustitiam, & mixtim continentibus per eundem praedecessorem,
 & sedem Apostolicam etiam cum derogatoriis alijsque effica-
 toribus, & insolitis clausulis, & per quas earundem literarum tunc desuper confi-
 ciendarum tenor, ac si de verbo ad verbum in eis insertus foret, pro expressio-
 haberetur quibuscunque personis, seu in eorum fauorem, etiam Motu proprio,
 & exulta scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine conceulas, & factas, ac
 facendas, & concedendas nullatenus derogatum censeretur: aut derogari pos-
 set, nisi tenor earundem tunc desuper conficiendarum literarum, de verbo ad ver-
 bum nihil penitus omisso foret in illis insertus, & derogatio pro tempore facta
 huiusmodi per trias distinctas literas eundem tenorem continentibus, tribus simili-
 liter distictis vicibus, eidem Societati intimata, & insinuata foret, & quod
 aliter earundem literarum tunc desuper conficiendarum pro tempore facta de-
 derogationes nemini suffragarentur. Quodque quilibet ludicum, & Conservato-
 rum praefatorum valeret prosequi articulum, etiam per alium inchoatum,
 quamvis idem inchoans nullo foret Canonico impedimento praepperitus: quod-
 que cuilibet Conciocatorum, & iudicium corundem, ab eadem die octauo Kal.
 Junij eiset in praemissis omnibus, ac eorum singulis coepitis, & non coepitis tunc
 praesentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictione attributa, ut eo vigore,
 eaque firmitate possent in praemissis omnibus coepitis, & non coepitis, tunc
 praetentibus, & futuris, & pro praedictis procedere, ac si praedicta omnia, &
 singula coram eis coepit fuissent, & eorum ac cuiuslibet forum iurisdi-
 ctio de praemissis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium per-
 pertuata legitime extitisset, siveque per quoscunque Iudices, & comilarios, &
 caufarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. Romanae Ecclesiae Cardinales, su-
 blata eis, & eorum cuilibet quavis alter iudicandi, & interpretandi facultate,
 & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac ex tunc si fecerit super his, à quoquam
 quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari continget, irritum, &
 inane decreuit. Non obstantibus pia mem. Bonifacij PP. V III. praedecessoris
 nostri, qua cauebatur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diocesim nisi in certis
 exceptis casibus, & in illis ultra vnam dictam à fine sua diocesis ad iudicium
 euocaretur: seu ne Iudices à sede praedicta deputati extra Ciuitatem, vel dioces-
 sim in quibus deputati forent, contra quoscunque procedere præsumerent: &
 de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo non ultra tres dietas ali-
 quis, vigore earundem literarum, tunc desuper conficiendarum extrahere-
 tur, & quibusuis alijs Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Con-
 cilijs

cilijs editis generalibus , vel specialibus co nstitutionibus , & ordinationibus , ac quibusuis iuramento , confirmatione Apostolica , vel quauis firmitate alia robottatis statutis , & confuetudinibus priuilegijs , quoque indultis , & literis Apostolicis , quibusuis Regibus , Ducibus , Comitibus , Cæterisque cuiuscunque dignitatis , qualitatis , & præminentia , ac ordinis etiam mendicantium , & conditionis existentibus personis , in genere , vel in specie , ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs ; alijque efficacioribus , & insolitis clausulis , irritantibusque , & alijs decretis ; quomodolibet , etiam iteratis vicibus concessis , approbatis , & innouatis . Quibus omnibus , idem Pius prædecessor , etiam si pro illorum sufficienter derogatione , de illis , eorumque totis tenoribus specialis , specifica , expressa , & individua , ac de verbo ad verbum , non autem per clausulas generales idem importantes , mentio ; seu quauis alia expressio habenda , aut aliqua alia exquisita forma ad id seruanda foret : tenores huiusmodi , ac si de verbo ad verbum , nihil penitus omisso , & forma in illis tradita obseruata , inserti forent pro sufficienter expressis habens , illis alias in suo robore per mansuris , ea vice duntaxat specialiter , & expresse derogavit . Cæterisque contrarijs quibuscumque . Volut insuper idem Pius prædecessor , quod literarum tunc desuper confiendarum transumptis , manu alicuius Notarii publici subscriptis , ac sigillo alicuius personæ , in dignitate Ecclesiastica constituta munitis , eadem prorsus fides adhiberetur , quæ ipsis originalibus literis adhiberetur , si forent exhibita , vel ostensa . Ne autem de absolutione , indulto , & alijs præmissis , pro eo quod super illis , ipsius Pij prædecessoris , eius superueniente obitu , literæ cōfessæ non fuerunt , valeat quomodolibet hesitari . ipsaque Societas illorum frustretur effectu . Volumus , & similiter Apostolica auctoritate decernimus , quod indultum , & alia præmissa perinde à dicta die octauo Kal . Junij , suum forciantur effectum , ac si super illis ipsius Pij prædecessoris literæ cōfessæ fuissent , prout superius enarratur . Quodq; præsentes literæ ad probandum plene absolutionem , indultum , & alia præmissa , vbi que sufficiant , nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur . Nulli ergo omnino hominum licet , hanc paginam nostra voluntatis , & decreti infringere , vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attentare præsumperit , indignationem omnipotentis Dei , & batorum Petri , & Pauli Apostolorum eius , se nouerit incursum . Datum Romæ apud S. Petrum , Anno Incarnationis Dominice Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo : octauo , Kal . Junij , Pontificatus nostri , Anno primo .

sententij, censuris, & poenis a iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa
latis, si quibus, quomodolibet innodati existebant, ad effectum infra scriptorum
duntaxat consequendum absoluens, & absolutos fore censens, huiusmodi, sup-
plicationibus inclinatus: sub dat. videlicet. 8. Kal. Iunij. Pontificatus sui anno
tertio, eidem Societati, singulisque illius personis, ac eorum familiaribus cleri-
cali charactere tamen insignitis, vt in quibuscumque causis tam ciuilibus, quam
criminalibus ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conuenti rei forent,
ipsis contra qualcunque communitates, & collegia huiusmodi, omnes & singu-
los Archiepiscopos, & Episcopos, ac Abbates, necnon alias personas in dignita-
te Ecclesiastica constitutas, ac Metropolitanatum, & aliarum Cathederalium Ec-
clesiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vic-
arios in spiritualibus, & officiales generales vilibet constitutos, in suos pos-
sunt assumere Conservatores, & iudices ordinarios indulsi: ipsis vero sic electis,
vel duobus, aut vni eorum, vt perse vel alium, seu alios etiam si sint extra loca, in
quibus conservatores, & iudices deputati forent, eidem Societati efficacis ac-
fensionis praesidio assidentes, non permitterent Societatem; Collegiaque huius-
modi super terris, locis, domibus, possessionibus, & iuribus, necnon fructibus,
censibus, redditibus, & prouentibus, ac quibuscumque alijs bonis mobilibus, &
immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, necnon priuilegijs & indultrijs eis,
& dicta Societati, tam Apostolica quam ordinaria, & alias rite Regia auctorita-
tibus concessis, & alijs rebus ad dictam Societatem communiter, vel diuisim spe-
ctantibus, a quibuscumque personis tam secularibus, quam Ecclesiasticis, ac qua-
cunq; auctoritate, & superioritate fungentibus, quo quomodo indebit molestari,
vel eis grauamina, damna, aut iniurias irrrogari: facerentque, cum ab eisdem So-
cietate, aut personis vel procuratoribus suis, seu aliquo ex eis, forent requisiti su-
per restitutione locorum, terrarum, domorum, possessionum, iurium, & bono-
rum mobilium, & immobilium, reddituum quoque, & prouentum, ac alioru-
morumque bonorum, necnon priuilegiorum, & indultorum: i: tunc, & pro tem-
pore confessorum oblatione, necnon de quibuslibet molestijs, iniurijs datis
tunc praesentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudiciale requirent indagi-
nem summarie simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij: in aliis ve-
ro, prout eorum qualitas exegisset, iustitia complementum: occupatores, seu de-
tentores, presumptores, & iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quo-
libet, & rebelles, etiam si alias quam vt praefertur qualificati existerent, quando-
cunque, & quocunque expeditiss, auctoritate Apostolica per sententias, cen-
sus, & poenas Ecclesiasticas, aliquaque opportuna iuris & facti remedia. Appella-
tione postposita compescendo: legitimisque, super his habendis, seruatis proces-
sibus eos quos sententias, censuras, & poenas per eisdem Conscriptores, seu iu-
dices, pro tempore latas incurrisse, eis constituset: eas incurrisse declararent &
quoties opus fuisse, etiam iteratis vicibus aggrauaret, necnon auxilium brachij
secularis inuocarent, commisit, & mandauit. Ac insuper si per summariam in-
formationem per eos super his habedā ipsis constituset quod ad loca, in quibus
occupatores, presumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, ac alios,
quos literæ tunc desuper confiendæ concernerent pro tempore morati contri-
gi: set pro monitionibus, & inhibitionibus ipsis, ac citationibus eis faciendis, tu-
tus non pateret accessus, iudicibus, & conservatoribus huiusmodi, monitiones
& citationes praefatas, ac inhibitiones quaslibet per edicta publica locis publicis
affigenda, de quibus esset verisimilis conjectura, quod ad ipsorum monitorum,
citatorum,